Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36551
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

are muris lapidibus tabulatis. in quibus fuit hystoria gestorum mili 138.
tes a senatu donatiua sua accipiebant. per sacellari
um qui hec amministrabat. quod omnia pensabat in stata.
antequam darentur militibus. ideoque uocatur saluator de stata.
In canapara templum ceceris et telluris. cum atrio du
abus domibus ornatis. porticibus columnatis. ut qui
cumque ibi sederet ad iudicium undique uideretur. Iux
ta eam domum fuit ~~templum~~ palatium catyline. ubi est ec
clesia sancti Antonii iuxta quam est locus qui dicitur infernus. eo quod
antiquo tempore ibi eructabat et magnam pestilentiam rome
inferebat. In quo quidam marcus curtius eques romanus ut liberaret
ciuitatem se precipitauit armatum. responso deorum unius ho
minis sepulturam expetentium. sicque ciuitas liberata est.
Ubi est templum ueste. ubi dicitur draconem inferius cubare. si
cut legitur in uita siluestri pape. Est ibi templum pal
ladis et forum cesaris et templum iani quod prouidet annum
in principio et in fine. nunc autem dicitur turris centii.
Templum minerue cum arcu qui coniunctus est ei. nunc autem uocatur sancti
laurentii de mirandi. Iuxta est ecclesia sancti cosme. que
fuit templum asilum. Retro fuit templum pacis et latone.
supra templum romuli. Post sanctam mariam nouam
duo templa concordie et pietatis. Iuxta arcum septem
lucernarum templum asclepii. Cartularium ideo dicitur quia ibi
fuit bibliotheca publica. de quibus xx. uiii. fuere
in urbe. Supra fuit templum palladis. et templum
iunonis. In palatio est templum iuliani. In fronte pala
tii templum solis. quod uocatur casa maior. Ubi est sanctus
cesarius fuit augustorum cesaris. Colloseum locus mi
re magnitudinis et altitudinis. sic dictus quod colloseus
id est statua solis ibi coleretur. cuius altitudo erat c. l. cubi
torum. Testes huius rei sunt caput et manus eius eiusdem quam ascensu lata